Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Adiuro uos filie ierlm ne suscitetis neq; euigilare faciatis
dilectam meam donec ipsa uelit. Scilicet synagoga
ad fidem conuersa. terrena fastidiens. sola celestia appetens.
quasi obdormit. dum cunctis terrenis negociis se subtrahit. et
solis celestibus contemplandis tota incumbit. Quam filie ierlm
i. ecclesie uniuersalis ecclesie filie ab hoc somno excitant. dum
spirales ad predicationem carnalium prouocant. Quod sponsus
per scripturas prohibet. ne lucri causa. vel humani fauoris gratia fiat
dicens. O uos ecclesie uniuersalis ecclesie filie eternam pacem in superna
ierlm uisure. adiuro uos. i. fidei sacramento constringo uos. ne di
lectam meam synagogam nuper ad me conuersam aliquiete suscitetis.
quod quiescit a sancti negociis. neq; euigilare faciatis a somno
sue contemplationis. donec ipsa uelit ad laborem predicationis
accingi. sola causa dei. Iste uersus iam tercio est repetitus. primo
primitiue ecclesie. secundo ecclesie gentium. tercio synagoge conuerse
adnotatur. et concordia omnium in una fide trinitatis notatur.
Istud quasi hystorice de synagoga dictum. allegorice quoque
de ecclesia gentium intelligitur. Sponsus cum sponsa egre
ditur in agrum. dum xpc per predicatores ecclesie semen uerbi dei spar
git per mundum. aratro euangelii exaratum. In uillis cum illa com
moratur. dum in populis. in urbibus et in uillis habitantibus per predi
cationem inmoratur. Mane cum illa surgit ad uineas. dum
festinat facere multas ecclesias. Nox fuit ab adam usque
ad xpi resurrectionem. deinde fuit mane quo lux ueritatis

TER. VNV. VERSV POSITV

ALLEGORIA.